CHRISTUS DOMINUS/2

Emendatio pro Schema

"De Episcopis et de dioecesium regimine"

Capùt III

"De nationali Episcoporum Coetu seu Conferentia"

Nº 20; pag. 15, post lin. 22, addatur:

> "Praeses uniuscuiusque Episcoporum Conferentiae sit Episcopus ad hoc munus electus absoluta maioritate suffragiorum membrorum pleno iure ipsius Coetus, quae suffragia semper secreto ferri debent. Munus Praesidis ad tempus, legibus particularibus determinandum, exerceatur."

Ratio huius emendationis vel additionis est vitare quod munus Praesidis sit alicui sedi episcopali, archiepiscopali vel etiam primatiali annexum. Evidenter, ut ex se patet, Summus Pontifex, peculiaribus adiunctis id suadentibus, aliter semper providere potest.

PATRIMONIO UC

Romae, 14 Novembris 1963

Radulfus, Card. Silva Henriquez,
Archiepps. Sancti Iacobi in Chilia.,

Cui accedunt 39 Patres quorum nomina in annexo folio inveniuntur.